



**CL. V. Ioannis Wamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorum Sive
Consiliorum De Iure Pontificio Tomus ...**

Wamesius, Johannes

[S.l.], 1643

De Iure patronatus. Consilium CCCCLXXIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98716)

enim quilibet beneficii collator seu patronus, ex primendo unum certum modum vacationis, ceteros omnes excludere censetur, *c. Susceptorum de rescript. lib. 6. & ibi Ioan. Andr.* tunc cum non subiicitur clausula generalis, vel alio quovis modo, *Socius d. consil. 32. nu. 12.* Paucis itaque concludendo, quia apparentiora iura habet Impetrans, *Gloss. Clemen. 1. in fine de causa poss. & propriet.* existimo eum in huius beneficii possessione manutenendum, & secundum illius conclusionem in hac possessoria causa iudicandum esse.

cans alicui valide conferri potuit. Nam quod uno modo vacat beneficium, quamdiu alteri collatum non est, alio modo vacare non potest, *Socius d. consil. 32. nu. 12.* Paucis itaque concludendo, quia apparentiora iura habet Impetrans, *Gloss. Clemen. 1. in fine de causa poss. & propriet.* existimo eum in huius beneficii possessione manutenendum, & secundum illius conclusionem in hac possessoria causa iudicandum esse.

De Iure patronatus.

S V M M A R I V M.

Ius patronatus ex proximitate.

1. 4. Ius patronatus quando sequatur ultimum statum beneficii.
2. Possessio morte possidentis extinguatur nec ad heredem transiit.
3. Exclusus semel a presentando quomodo iterum admittatur.
5. Patronus discordantibus potior est presentatus a maiore patronorum parte.

CONSILIUM CCCCLXXIV.

PAVCIS resolvendo articulum proposita difficultatis super eo, * an quia Ioannes Vriemans patronatus beneficium, de quo in possessorio iudicio controversia est, inter D. Arnoldum Dormael Impetrantem; & D. Robertum Tullens Opponentem in vita sua aliquot vicibus, occurrente illius vacatione solus contrulit seu Rectorem presentavit ad illud, & sic in possessione conferendi seu presentandi fuit, exclusa in eadem Beatrice sorore sua, exclusis quoque Ioanne & Gregorio Everaerts, qui in pari gradu consanguinitatis fundatorem contingere dicuntur, & tamen numquam fuerunt in possessione presentandi ad hoc beneficium; dicta Beatrix, mortuo Ioanne suo fratre, sola quoque presentare potuerit, exclusis dictis Ioanne & Gregorio aequè propinquis, propter predictam Ioannis sui fratris possessionem, & novissimum statum beneficii; qui in collationibus & presentationibus beneficiorum attendi solet, *c. Cum de beneficio de preben. lib. 6. Bald. in l. si mater C. de de jactu de pñ. l. item in accipienda, concedenda & manutenenda possessione beneficii patronati: ita ut presentatus a patrono, qui novissime retro vel semel tantum presentavit, in quaestione possessionis (licet non ita in petitoria causa) praferri debeat illi, qui continet se presentatum a vero patrono, qui tamen novissima vacatione occurrente non presentavit. c. Consultationibus de iure patron. decus consil. 153. in effectu nu. 4. & consil. 126. In causa Domini Francisci.*

Resolvendo, inquam, dicimus quod Beatrix id non potuerit sola facere, exclusis dictis Ioanne & Gregorio. Nam ex sua persona possessionem presentandi aliquam praetextere non potest, ex qua suis consortibus & coequalibus potior dici possit, cum certo constet illam numquam vel solam, vel cum suo fratre, ad hoc beneficium, occurrente illius vacatione, presentasse; excepta hac presentatione, quae cum controversia sit possessionem non

Quam praesumptionem auget longioris temporis decursus, quia ferè biennium lapsum est a die sententiae privationis, ante praesentationem Dominae patronae: cum lapso tempore nulla sit potestas purgandae huius negligentiae; quia executio iuris statim a lapso quadrimensuri privatur patronum, & potestatem providendi cedit superiori. *Panor. in c. fin. de iure patron. c. 1. cod. de lib. 6. Rota decis. 263. qua est 6. sub tit. de iure patron. in novis.* Potissimum quod dicta patrona, & ejus praesentatus, perhiberint & adhuc persilant in sua praesentatione ex casu seu modo vacationis per mortem, nulla facta alia praesentatione intra alios quatuor menses, post diem, quo huius causa Impetrans hanc licentiam movit: ex quo nullo colore avreti potest scientia seu notitia vacationis, quae contigit ex causa privationis. * Ita ut evidens sit, patronam huiusmodi vacationis modum contempsisse, & exspectasse casum mortis Domini Regneri; per quem, ut dictum est, hoc contentiosum beneficium verè non vacavit, nec ut sic va-

non constituit. Neque etiam ex persona Ioannis fratris sui, cuius possessio morte illius extincta fuit. *L. Cum heredes in princ. de acquir. poss.* & ad heredem non transit. Et licet effectus seu jus, quod ex possessione defunctus acquisivit, ad heredem transeat: quia tamen proponitur, quod Beatrix fratri suo haeres non fuerit, neque aliquid bonorum ex eius successione acquisiverit; sed quod Ioannis uxor ex lege & consuetudine patriæ, ejus haeres sit in omnibus bonis mobilibus, nullis immobilibus relictis; non potest ex persona fratris, jure hereditario hoc jus præsentandi vindicare; nec potestatem excludendi suos consortes, propter iratis sui prædictam possessionem, sibi asserere. Quod non habet dubitationem; ob id, quod hoc jus patronatus non debeat jure successionis, sed jure propinquitatis ad fundatorem: ita ut Beatrix, nisi ex suo capite, hoc est ex consanguinitate & propinquitate ad fundatorem, non possit prætere jus patronatus. Quod si præterdat non adjuvatur aliquâ propriâ antecedente possessione præsentandi, cum exclusione aliorum æquæ propinquorum, & sic non est quod dictos Ioannem & Gregorium excludere possit; nullâ habitâ ratione possessionis Ioannis, quæ per ejus mortem extincta fuit, & per illam aperta via propinquis seu proximis in sanguine non Ioannis, sed ipsius fundatoris, secundum tenorem ipsius fundationis & observationis, in hoc jure patronatus.

3 Nec sanè mirum est semel exclusos, iterum admitti, cessante causâ exclusionis, quando via semel occlusa aperitur, *L. 1. §. proximus cum §. sequen. D. Unde cognati*; hoc est in proposito, quod quamvis Ioannes propter possessionem suam in præsentando coequalis suos excluserit; excludi tamen non debeant, cum iterum per mortem Ioannis incidit questio proximitatis: quia non jure successionis, sed proximitatis & proprietatis gradus hoc jus patronatus deierunt.

4 Deinde quod dicitur in beneficiis ex eorum collationibus seu præsentationibus novissimum statum beneficii esse inspiciendum, ideoque in jure patronatus, cum de illius possessione quaeritur, præferendum esse inter patronos eum, qui in possessione patronatus est; hoc est una aut pluribus vicibus novissimis contulit, vel præsentavit, & quod ab illo præsentatus in iudicio possessionis potior esse debeat illo, qui ab aliis seu alio, qui etiam jus patronatus præterdunt, est præsentatus, *d. c. Cum de beneficio, d. c. Consultationibus*; ad litteram tam strictè accipi non debet nec potest. Nam dubium non est, quin veritas proprietatis juris patronatus, seu potestatis conferendi præferri debeat nudæ possessioni, si de veritate proprietatis constat; quia tunc non statur neque instituitur ultima possessioni, neque novissimo statui beneficii seu juris patronatus, *l. anor. in d. c. Consultationibus nu. 9.* sed comperta proprietate absorbet causam possessionis, *c. Cum dilectus De causa poss. & propr. ut eleganter consulendo aliquoties respondit Decius, consil. 126. In causa D. Francisci in jure & consil. 127. Plura dubia.* Quod enim novissimo statui & ultimæ possessioni stetur, in causa est,

quod ex præfenti seu ultima possessione præsentatur in præteritum possessionis continuatio & perseveratio; & ex illa juris quoque præsumptio statuatur; quæ præsumptio comperta veritati merito deinde cedere debet. Proinde cum evidentissimum esse proponatur, quod in hoc possessionis iudicio constet, quod jus patronatus ab initio perinde pertinuerit ad dictam Beatricem, atque etiam ad dictos Ioannem & Gregorium, ut ad defunctum Ioannem Vricmans, propter parem proximitatem & paritatem gradus ad testatorem; non debet ex illa possessione, etiam si Ioannes adhuc viveret & adversus ipsius præsentationem questio possessionis hujus beneficii verteretur, contra dictos Ioannem & Gregorium, ac præsentatum ab illis, etiam in questione possessionis vel adipiscendi vel retinendi iudicari.

Atque ita radiato & restabito jure Beatricis, Ioannis, & Gregorii, qui ex æquo sunt hujus beneficii patroni, consequens est, quod in hoc possessionis iudicio judicandum sit pro præsentatione Ioannis & Gregorii, ac pro dicto Domino Roberto per illos præsentato, & ad illorum præsentationem per iudicem Ecclesiasticum instituto, adversus præsentationem Beatricis; & ex illa sequuntam institutionem dicti Arnoldi: ob id, quod in contentione plurium patronorum, & in illorum discordia, præferendus sit is, qui cum capax & idoneus ad beneficium est, à pluribus seu maiore parte patronorum præsentatus est, *c. Quoniam De iure patron. & ibi Gloss. in verbo qui maioribus, Card. Zabarella in Clem. ult. De iure patron.*

De iure patronatus.

S V M M A R I V M.

Ius patronatus an competat usufructuario.

1. Ius patronatus à fundo dependens est in fundi fructibus, & ad usufructuarium pertinet.
2. Usufructus nudo pacto sine traditione acquiritur.
3. Ius patronatus possessio ex præfenti seu ultimo statui definienda.

CONSILIUM CCCCLXXV.

COLLATIS & diligenter examinatis his, quæ in iudicio possessionis super Capellania S. Margarete, loci de S. Symphoriano ultra citroque adducta sunt, inter D. Marcum Sappin Supplicantem; & D. Ioannem de Flandre Opponentem, videtur nobis infra scriptis potiore jure niti causam dicti D. Marci Supplicantis seu Impetrantis: non ex eo tantum, quod in obtinenda dicta Capellania, & illius reali possessione sic prior (est enim illa de undecima Aprilis anno 1571. cum Dominus Ioannes proferat collationem seu præsentationem de decima octava ejusdem mensis Aprilis, & possessionem apprehensam 19. ejusdem) & sic jure quoque potior, *c. Qui prior De reg. iur. lib. 6. l. Eum cui De præbendis lib. 6.* verum etiam ex eo potissimum, quod D. Marcus jus & titulum suum habeat ab eo, apud quem fundi seu feudi, à quo hoc jus patronatus ad dictam capellam dependet & velut unitum coheret, possessio percipiendorum inde fructuum, causa & potestas